manuscript

Seite 94r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8391
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

contra me. Erit igitur sensus vite
quod dictum est ut ecclesia seu stu-
diosa queuis anima id loquatur
non quasi gemens et conquerens
sed quasi gaudens et gracias agens
insuper et glorians quod pro nomine
et gloria Christi amore digna sit fu-
sca seu decolor esse et dici atque
hoc totum ascribat non sue indu-
strie et gratie preuenientis se et
mittentis ad se. Nam qui crede-
rent sine predicante quomodo autem
predicarent nisi mitterentur.
Filios matris sue contra se pugnas-
se memorat non ut irata sed
non irritata. Unde et sequitur
Posuerunt me custodem in vi-
neis. Quod verbum utique si spiritua- (al' spiritualiter)
liter examinetur, puto nil quem
criminis aut rancoris habere
videbitur sed magis fauorabile
aliquid redolere. Verum ad id con-
tingendum prius sane quam manum
apponere audeamus locus enim
sanctus est conciliandus est
nobis solitis precibus et con-
sultantibus ille spiritus qui scru-
tatur alta dei aut certe uni-
genitus qui est in sinu patris
sponsus ecclesie Jhesus Christus dominus
noster qui est deus benedictus in se-
cula Amen. Tricesimus primus.

Posuerunt me custo-
dem in vineis.

Rursus. Sui ne illi oppugnatores
quos proxime memorasti. Au-
dite et intelligite si non se illi (ab)
ipsis fatetur ista promota a qui-
bus et passam. Licet inimicum
tamen siquidem fuerit causa impu-
gnandi intencio corrigendi.
Nam quis nesciat multos
amicabiliter utiliterque multos
oppugnatos. Nam multos experi-
mur quotidie prius oppugna-
toribus prelatorum ad meliora
proficere, prouehi ad altiora.
Ergo illud potius demonstre-
mus si possumus quemadmodum
aduersus ecclesiam pugnatum
sit a filiis matris et hostili
animo et damno utili. Id enim
fit cum qui nocere intendunt
prosunt et nolentes. Utrumque
vero sensum tenet superior
interpretatio, quamquidem non
defuerunt et qui bene et qui
male emularentur eam diuersa
intencione oppugnantes sed utrique
profuerunt. Tantum denique se
profecisse ex hiis que ab emu-
lis passa est gloriatur ut pro
una vinea quam sibi abstu-
lisse visi sunt super multas se
gaudeat constitutam. Hoc
enim inquit prestitere pugnando
contra me et contra vineam
meam. Rursus dicit exemnante